




1. Antonij. s. Pauli. / diff. de Libertate
Christiana, Halle 1706.
2. Baumgarten s. Sijism. Jar. / diff. de
Christo Homine obligatione Legum
Divinarum antecedente et externa
soluto Halle 1742.
3. ——— diff. de Officiis S. Scripturae
naturali et Supernaturali, Halle
1742.
4. ——— diff. de Vocazione Dei ad
Salutem, Halle 1742.
5. ——— Examen Miraculi Legionis
fulminatricis, Halle 1740
6. ——— diff. Vindicias textus Graeci N. T.
contra Joh. Harduinum exhibentem, Halle
1742.
7. ——— diff. de imputatione peccati Adami,
tibi posteris facta, Halle 1742.

- 8 Baumgarten / Sijim. Juc / diff. Sisten:
 Scientie fidei et experientie discrimen,
 et Nexum in Theologia necessariam, Hale
 1742.
9. Vindiciae demonstrativam Divi-
 nitatis. S. Scriptura a Suspitione
 Circuli vitiosi Hale 1742.
- 10 Custens / Maurity / diff. de Meretricibus
 Curram Achab alluentibus, Lippis 1715.
- 11 Cluzij / Chr. Gottl / diff. de Ritu interro-
 gandi jufanter de fide, Wittemb. 1731.
- 12 Fechtij / Joh / diff. de Visitatione
 domestica ab Ecclesia Ministro inflituenta
 Rostochi, 1708.
- 13 Francke / Chr / dialogus de Vanitate
 sectae Jesuiticae, Amberge 1611.
- 14 Goetzi / Georgi Henr / diff. ob unum
 Jud. jr. in Pfaff yolk. Sab. P. Amt
 Wrofler Bonn, Lubeca. 1723.
15. diff. ob unum Prohan In unum
 Crucifix Bonn. g. Brigt. Lubeca
 1721.
- 16 Grabe / Joh. Em. / animadversiones
 Historice in aliqua controversiarum
 Bellarmini capita, Regiom. 1692.
- 17 Haferung / Joh. Carl / diff. de eo quod
 inter est controversiarum recentiorum
 de verbo Dei Scripto, Wittemb. 1718.
- 18 Hoheisel / Car. Ludov / diff. de Mobilis
 manualibus veterum, Gedani 1728.

- 19 Hurfichy / Joh. W. Sch. / Homan Jesuiticus.
Wittemb. 1683.
- 20 Kirchmayer s. Seb. / diff. de raptu Pauli
in tertium Coelum, Wittemb. 1689.
- 21 M. / J. V. L. N. V. 8! / gründliche
gymn. vorstellung von der zu
Lassig Zeit mit der versuchung
unheil stempfen, Franck 1740.
- 22 Majoris s. Joh. / diff. Doctorum V. F.
in nove allegatione, jena 1627.
- 23 M. / S. Z. / gedichte von Drey jungen
unwissen und dem einzigen wahren
Doctorat 1740.
- 24 Mayer s. Joh. Frid. / diff. de
pacto ad partitionis post mortem,
Kiloni 1699.
- 25 _____ / diff. de Apostolis Criso.
rum, Gryphisw. 1704.
- 26 von Sanden s. Bernh. / diff. de
pocolatria papae, Regiom. 1710.
- 27 Schroeder s. Joh. Wack. / diff. de
Annis Ahasid judaeorum Regis,
Mardurgi 1715.
- 28 Sculteti s. Severini / diff. de
Scientia theologica, Flensb.
1712.

29. Wernsdorff s. Gottl. / diff. de indifferen-
tismo Religionum Wittenb. 1701.
30. Zeltner s. Gust. G. / diff. de suspitioni-
bus Ecclesie nexijs, Altorf. 1719.



15
GEORGI HEINRICI GOETZI, D.
Superint. Lubec.

QVÆSTIONEM
THEOLOGICAM,

Num Moribundis imago Salvatoris
crucifixi monstrari queat?

Vel:

Ob einem Sterbenden ein
Crucifix könne gezeigt
werden?

In Colloquio Theologico

d. VI. Maji A. M DCC XXI.

expendet

PETRUS PORSCH,
Lehestâ-Francus.

LUBECÆ,
OPERIS STRUCKIANIS.



§. 1.

Memoria Salvatoris optimi, hominum causa cruci affixi, singulis debet esse commendatissima, quo de peccatorum remissione, gratis facta, eò certiores reddantur, atque ab hostium, quos habent, insultationibus liberentur, 1. Cor. 2. 2. Gal. 3. 1. 6. 14. 1. Pet. 2. 24. Illa verò instaurari potest, non solum dictis, è sacris litteris petitis, adeoque utroque verbo Evangelii, quod docetur ac crebrius repetitur, sed simulacris etiam, Christum crucifixum representantibus. Hæc enim dum eum in finem proponuntur, ut memoriam mortis ipsius ignominiosissimæ recolant atque instaurent, toleranda omnino esse, ac nullam incurere reprehensionem, Viri gravissimi recte judicarunt, cum contra, si cultus eisdem deferatur, qui soli Deo debetur, idololatrias crimine coinquinata ac rejicienda esse. Non immerito autem moribundi, in lecto ferale constituti, illa attentis oculis intueri possunt, quò vera fide, ex verbo Dei concepta, magis magisque muniti intelligant, se Christi crucifixi meritò vitam hanc caducam cum æterna permutare posse felicissime. Qua vero ratione & occasione illud effici queat, in hac *Diatriba* paucis sum demonstraturus.

§. 2. De eo itaque nullum jam oritur dubium, in Ecclesia Pontificia, morem hunc invaluisse, ut lethaliter decumbentes imaginem crucifixi complexi ac deosculati fuerint. Spectant huc varia exempla, quæ ex *Laurentii* in primis *Surii Actis Sanctorum* adduxit *Jac. Gretserus Lib. II. de Sancta Cruce, C. XV. f. 393 sq.* quibus probavit, *ægris moribundis solatii causa cruces fuisse propositas.*
Illis

Illis autem alia adhuc jungi queunt. Sic de *Georgio*, Duce Saxoniz, relatum legimus, quod, cum aliquando morbo gravissimo correptus esset, imago crucifixi eidem proposita fuerit. Es ist Hertzog Georg einmal sehr krank gewesen / sagt D. Martinus Luther / da war sein Medicus D. P. zu ihm kommen / da hat man dem Fürsten ein Crucifix fürgestellt / das er ansehen solte / da haite er angehoben und gesagt : Ey thut das Ding hinweg / es macht den Herrn melancholisch. Vid. *Lutheri Sermonum Convival. C. XLV. f. 439. b.* Putat quidem adductus *Greiserus l. c.* Medicum istum Lutheri doctrinæ fuisse addictum, procul dubio *Luthero* pregnans erit hic Medicus, alioqui in tam impia verba haud prorupisset; ast forsan hic aliam ob causam imaginem tollendam esse arbitratus est, ne Princeps metu mortis suspensus in vitæ discrimen adduceretur, cum certum sit, in *Luthero* faventes haud adeo eum fuisse propensum. Nec reticeri hic debet, *Carolum V.* Imperatorem eadem ratione ante tranquillum ex hac vita discessum crucifixi simulacrum magno habuisse in pretio. Testatur id ipsum *Jac. Augustus Thuanus Histor. Lib. XXI. p. 946.* Cum sensim ad lentam tabem febris acuta accessisset, imaginem Christi cruci affixi identidem in oculis, ulnis, ore, & tota mente complexus, in eo solo se omnem salutis sue spem collocare declaravit. Prætermitto notissimum illum belli Ducem, *Hermannum Christophorum Ruswormium*, qui, cum *Prugæ* capite plectendus esset, imaginem Christi pictam haud prætereundam esse putavit, prout in *Dissertatione Theologica, de Salute moribundorum Jæsus Maria ingemiscensium*, A. MDCCXVII. scripta, §. 1. notavi. Verum nec *Joannis Rebelli*, Lusitani, *Eboræ* A. MDCL. denati, oblivisci possum, de eo enim in *Bibliotheca Scriptorum Soc. Jesu*, f. 494. sequentia commemorantur: Cum illi crus fæde extumescens perstringendam esset ære candenti, caesimque, ac punctim lancinandum, ne herpetis vitium in reliquum corpus proferperet, dari sibi postulavit in manus Christi morientis simulacrum, ab illius amplexu doloris solatia periturus, cui affixus, & inhaerens, ferri, flammæque cruciamenta fortiter toleravit, sic exercituum probatumque mors sustulit, atque ad beatam vitam, ut speramus, transulit. *Nimio* *Mariz* cultu eundem flagrasse, hæc, quæ nunc adducam, affatim probabunt: *Animarum*, quæ in *Purgatorio* culparum suarum penas exsolvunt, assiduus atque pius auxiliator fuit. *Dominicæ* passionis perpetuus,

perpetuus mediator, Beatissima Virginis Mariae addictissimus servus, in
 cujus patrocinio acquiescebat, in eaque colenda, laudibusque predicanda
 multus erat. Illi siquidem acceptum retulit, quod totis 30. annis nullum
 stimulum libidinis sensisset. Hinc Pontificii moribundis autores sunt,
 ut crucis effigiem haud aspernentur. Ejus rei ergo ad libellum
 quendam provocò, quem Dn. de Chertablon lingua Gallica conscrip-
 sit, & P. Abraham à S. Clari in vernaculam transtulit, & Praga F. F. A.
 A. DCCII. imprimi curavit, atque hac ornavit epigraphe: Sterben
 und Leben / das ist: Die schönste Vorbereitung zum Tode / oder
 sicherste Art zu sterben und die Seeligkeit zu erben. Durch
 Betrachtung des bitteren Leidens und Sterbens / unsers einzigen und
 liebsten Heylandes Jesu Christi. In isto siquidem Sacerdos ægro-
 tum admonet, ut scilicet imaginem crucifixi frequenter adspiciat,
 eumque, qui olim in cruce pependit, pio suspirio compellet.
 Labet autem verba Autoris, quæ C. XXVI. p. 220 sq. extant, hic
 repetere: Der Beichtvater bringet dem Krancken ein Creutz / und
 redet ihn mit folgenden Worten an: Mein lieber Christ / hier gebe ich
 dir dieses Creutz / damit du bey dessen öfftern anschauen und andächti-
 gen Küssen dich deines Jesu erinnern solst / der sein Creutz selbst
 truge / und dich in diesem Stück ihm gleich stellen / damit du die Früchte
 seines Leidens und Sterbens in deiner Seelen / durch Betrachtung dieses
 Creuzes / genießen mögest Zu solchem ende nimm nun dieses
 Creutz öffters in deine Hand / wende dein Hertz zu dem / der solches
 durch seinen Tod geheiligt ic. Orationi autem, quæ præscribitur
 ægroto, hos præfixit versus: Wenn der Priester das Creutz
 zeigt / sich der Krancke dazu neiget. Ex illa autem sequentia
 excerpti & considerari merentur verba: Nur sey dein Heil. Creutz
 mein Schild / an welchem ich mich kan anhalten / in diesen meinen letzten
 Nöthen! Nun küsse ich dein heilig Creutz / ic. Idem autor p. 254.
 ægrotum ab amore, quo effigiem Christi crucifixi excipit, commen-
 dat: Der Krancke nimt das Crucifix, so ihm der Beichtvater gebracht
 wieder her / küßet und umbfasset es / und redet den / der durch dieses
 Crucifix verstanden wird / an ic. ic. Praxis ergo Pontificiæ Ecclesiæ
 eò tendit, moribundis imaginem Christi esse proponendam, ac
 deosculandam. Nec adeo improbandum esse hunc ritum judicavit
 sua

sua aetate Lutherus noster in Colloqv. Mensal. C. VII. f. 103. b. hisce verbis
 usus : Ich glaube/ daß jr viel in Bapstthum sind selig worden/ ob sie wol
 das Evangelium nicht gehöret haben/ wie es Gott Lob jetzt geprediget und
 gelehret wird/ welchen / da sie mit dem Tode gerungen haben / und sterben
 wollen/ das Crucifix geweiset ist / und zu ihnen gesaget worden : Auf
 den setze deine Hoffnung/ der dich erlöset hat. Aber darnach/ da die
 Mönche mit ihren Rappen und selbst erwählten übrigen Wercken kommen
 sind / da ist's ausgewest. Eadem repetit C. XXX. f. 346. b. paucis
 tantum adjectis : Ich glaub / daß jr viel vor dieser Zeit in Bapstthumb
 seyen selig worden/ denen am Todbette das Crucifix ist fürgehalten/
 und da man sie gefragt : Ob sie auch glaubten an diesen Heyland/ des
 das Bild wäre/ so für die armen Sünder gelitten und gestorben ist ? Und
 da sie erinnert sind/ daß sie an ihn glaubten und hoffeten / der sein Blut ver-
 gossen hat zu Vergebung der Sünde / also sind sie selig worden. Aber
 wo sind Mönche mit ihren Rappen hinkommen ? Es ist alles zum Teuffel
 gefahren / was nicht an allen seinen Wercken verzaget / und sich allein mit
 dem Glauben an Christum gehalten hat. Quibus addi possunt, quæ
 C. XXVII. f. 325. b. ex ore ejus fuere excerpta : Jener Mönch an
 Todbette / da er lag und sterben solte / hat wol und christlich gethan / da er
 sahe / daß es alles zurinnen und gar nichts helfen wolte / wie ein gestreng
 Leben und Orden er geführt hatte / riß er endlich durch alle menschliche
 Sägung / und ergreiff das Crucifix und sprach : Der für meine/
 ja der ganzen Welt / Sünde / am Stamm des Creuzes gnuß
 gethan / und dafür bezahlet hat / des Verdienst nehm ich an / und
 verlasse mich drauff / und küßers.

§. 3. De nostra autem Ecclesia, quæ à Pontificia merito suo
 secessionem facit, & Evangelico-Luthenana vulgò nuncupatur, quid
 sentiendum sit, paucis nunc erit indicandum. In ea enim haud
 pauci deprehenduntur, quibus imago crucifixi haud displicet.
 Quidam eorum, morbo laborantium, eandem sæpius intuentes
 sibi in memoriam revocant res à Christo gestas, dictaque, ab eodem
 prolata, solatii plenissima. Huc spectat David Chyreaus, Theolo-
 gus ac Historicus præstantissimus, cujus pietatem M. Job. Goldstein
 in Oratione parentali ita delineavit : Imaginem Christi in cruce penden-
 tis, parieti in museo affixam, quovis die mentis & corporis oculis cupidissime

intuebatur, cui grandiusculis literis sententias consolationum evangelii illustriores, & precatiunculas, ad septem dicta in cruce accommodatas, adscripserat. Alii in confinio mortis constituti imaginem crucifixi Domini cordi imposuerunt, atque hoc modo declararunt, se vera fide Christo esse addictos affixosque, ceu ex *Wenceslai Bergmanni Tremende Mortis Hora* P. 1. C. 50. §. 10. p. 423, coll. c. 49. p. 412. §99. colligi potest. Imo verbi Ministri surdis figuram Salvatoris picturam proponunt, quo fidei testimonia verbis edant, & adstantes, lucetum oppressos, iisdem erigant. Refertur huc merentur sequentia, quæ *Brunovici* A. MDCIX. gesta fuere, cum *Barbara Schraderia*, fida & prudens *Statii Calenii*, Consulis civitatis laudatæ, uxor, ex vita esset emigratura. Extant illa in *Homilia funebri*, in *Job*. 10. 27. 29. à *M. Job. Wagnero*, Ecclesiarum Brunovicensium Antistite, habita, *evangelii Pastoris & ovium Christi* describente, atque hoc ordine leguntur: Unter andern ist das an ihr denckwürdig / welches ich um Nutz und Frucht der Bilber und Crucifix willen gegen die Calvinisten vermelden muß / da ich gestriges Tages (d. 13. Junij) um 10. Schläge irgend 2. Stunden vor ihren Abschiede sie besucht / und wegen Mangel ihres Gehöres nicht wol mit ihr reden konte / bin ich gewahr worden eines Crucifixes / so in der Kammer gestanden / welches ich ihr gezeiget / anzudeuten / daß sie ja in ihrem Leben und Sterben den gecreuzigten Christum in ihren Herzen behalten solte. Daraus sie verstanden und vernommen / was meine Meynung / und gesagt: Ja das ist mein Trost / daß der HErr Iesus von Nazareth / so an Creutz gestanden / und gelitten / für meine Sünde gestorben / und meine Missethat am Stamm des Creuzes getragen hat / der hat mich in seine Hand gefasset / und niemand soll mich aus seiner Hand reißen / ja auch der Tod selber nicht / lebe ich / so lebe ich dem HErrn / sterbe ich / so sterbe ich dem HErrn / und wenn ich schon sterbe / so werde ich doch wieder durch ihn leben / der wird mich mit seiner starcken Hand reißen aus des Todes Hand. *It. Meine Zeit stehet in seinen Händen.* Ceterum nec hoc, dum hujus matronæ mentionem injeci, silentio præterire queo, quod, licet aurium sensu laboraverit, conventus tamen publicos haudquamquam neglexerit, ne aliis scandalo esset. Auff Gott hat sie also gesehen / verba modo nomi-

nominati Oratoris sacri repeto, daß sie sein Wort lieb / theuer und werth gehalten / und ob schon ihr der allmächtige Gott ein sonderbares Creuz vor egllicher Zeit an ihrem Gehör zugeschickt / und sie nicht allezeit gar wol des Predigers Stimme in der Kirchen hat vernehmen können / dennoch damit sie andern Leuten nicht möchte ein Ergerniß geben / ist sie fleissig zur Kirchen gangen / was sie nicht hat können vernehmen / hat sie oft von ihrem Ehegatten gefragt / und selber fleissig in der heiligen Schrift gelesen. Ut non eos prolixius commemorem, qui gestibus piis, manibus inprimis decussatim positis, declararunt, se Christum in cruce placide demortuum in animo & sensu affixum atque insutum habere, eundemque nunquam velle deserere. Vid. W. Bergmannus l. c. p. 421. In quorum numerum referri meretur *Magdalena Sophia, Dux Saxoniz, & Christiani I. Episcopatus Martisburgensis Administratoris Nata, ac Jo. Georgii I. Electoris Saxoniz, neptis, A. MDC LXXV. cum nondum annos viginti & sex vivendo exegisset, rebus humanis erepta, de cuius pietate D. Valentinus Sittigius, Aulæ Martisburgensis Proto-Ecclesiastes, in sermone funebri, quo Ps. CXXVI. v. 7. illustravit, firmum dixit testimonium, his verbis prolatum: Sie gab auch mit Geberden und Anzeigen bis an ihr seliges Ende / da die Worte schon in Munde erstorben waren / zu erkennen / sonderlich da ihr das lächzende Jammer-Bild des am Creuz sterbenden H. Ernn Jesu vorß Herze gestellet und Erinnerung gethan wurde / daß in seinem Todt unsre letzte Noth überwunden / und das himmlische Freuden-Leben erworben sey / erhobe sie die ermattete und schon halb erstorbene Arme / und legte sie creutzweise über einander.*

§. 4. Quamvis autem *Lutherani*, à simulacris Christi crucifixi haud abhorrentes, cum *Pontificiis* paria videantur facere, attamen longe alia eisdem mens est ac sententia, ut propterea cum his penitus conspirare & consentire non sint dicendi. Illi enim, ea vel adspicientes, vel sibi proponi permittentes, hunc habent finem præfixum, ut in eisdem recolatur memoria crucifixi, atque ipsius merito & exemplo reficiantur & permoveantur, ne peccatorum olim perpetratorum gravitatem perferentiscentes desperent, ac Satanæ cedant, nec, si morbi vis magis magisque augeatur,

zflu

æstu impatientiæ abrepti murmurare & oblectari incipiant, sed ut
 in ej⁹ gratia, sanguine pretiosissimo parta, & voluntate, acquiescant,
 ac vestigiis constanter & invicte inhæreant, *Phil. I. 29. 1. Pet. 2. 21.*
 imò se ipsos vincant. Et cum haud rarò contingere soleat, ut sensus
 externi deficere incipiant, atque loquendi facultate ægroti desti-
 tuantur, imaginis crucifixi ad spectu fidei suæ integritatem notam
 facere & signis manifestare queant, se in solo crucifixo gloriari, &
 mori velle, atque ipsius virtute ad æterna gaudia aspirare posse.
 Hiis nullum eisdem cultum exhibent, nec deosculantur imagines
 istas, sed tantum recordationis gratia adhibent adspiciuntque.
 Ast hi, qui Romanensium cætus & placita sequuntur, in alia omnia
 ire solent, atque plus justo illas extollunt ac venerantur. Etenim dum
λατρεία, seu cultum divinum, eisdem præstandum esse, affirmant,
 atque, si à Papa Romano consecratæ fuerint, omnimodam peccato-
 rum remissionem morientibus promittere docent, cuilibet
 patere arbitror, illos hodie ab idololatria haud esse liberos, qui
 imaginuculas crucifixi, vel incurvando, vel deosculando, excipiunt,
 sequè hoc pacto omnium errorum veniam consecutores esse
 existimant. Quibus autem verbis benedictio ligni crucis peragi
 soleat, B. D. Mart. Chemnitius in *Exam. Decretor. Concil. Trident. P. IV.*
f. 705. sequentem in modum probavit: *In Pontificali peculiare*
formulas consecrationis imaginum consinxerunt, unde quid, & quantume
imaginibus tribuant, rectè constitui potest. Lignum crucis igitur inter
cætera his verbis benedicitur: Rogamus te, sempiternè Deus, ut digneris
benedicere hoc lignum crucis, ut omnibus hic genuflectentibus, ac tua maje-
stati supplicantibus, cordis compunctio, & admissorum concedatur remissio.
Item. Sanctificetur illud lignum crucis, ut orantes inclinantesque se,
propter Deum, ante istam crucem, inveniant corporis & anime sanitatem.
Item, digneris benedicere hoc lignum crucis, ut sit remedium salutare generi
humano, sit soliditas fidei, bonorum operum profectus, & redemptio anima-
rum, tutela contra sæva jacula inimicorum. Ecquis ergo non intelli-
 git, Pontificios à Lutheranis valde discrepare, dum imaginem
 crucifixi eum in finem morituris proponunt, ut beatum ex hac
 vita discessum consequantur, cum contra Lutherani eam tantum
 adspiciant, recordationis causâ, ut sibi ea in memoriam revo-
 cent,

cent, quæ à Christo fuere suscepta, ut genus humanum ab æterna morte liberaret.

§. 5. Quapropter ad propositam quæstionem facillimo negotio responderi potest, scilicet *primò*, moribundis imaginem Salvatoris nostri non esse monstrandam, ut illam adorent, & osculentur. Ejusmodi enim cultus soli Christo, secundum utramque naturam, non vero cruci, cui is affixus fuit, est deferendus, Ps. XLV. 12. Phil. II. 10. 11. Dicam eqvidem sibi scribi clamitant Romanenses, qui, non crucem, sed crucis Dominum adorandum esse, tradunt. *At licet protestentur, se imaginibus non tribuere aliquam vel divinitatem, vel virtutem, tamen sentiunt, Deum facilius & citius exaudire, & magis propitiū esse, si coram imagine invocetur, verba sunt modo adducti magni nostri Chemnitii l. c. p. 705.* quæ nunc repetenda esse judicavi. Eqvum enim in finem offerrent simulacrum crucis ad osculandum, & preces coram eodem fundendas, nisi persuasum haberent, illud virtute quadam divina gaudere, & morituris magnam polliceri utilitatem? Hinc dum gestibus externis, aperatione capitis, vel, si virium imbecillitas morbique gravitas permiserit, genibus flexis excipere istud assolent, nonne his ipsis indicant, se eodem cultu crucem venerari, quo ipsum Christum dignantur? Istum autem modum colendi crucem Deo esse abominabilem, sacræ litteræ luculenter testantur. *Dicitis, ipsum tamen Lutherum bene de eorum salute sensitse, qui crucifixi imaginem adspexerunt, ac osculo dignati fuerunt.* *At respondeo, optimum Virum æqvum & ex charitate profectum judicium de illorum, simpliciorum, & verbi Evangelii luce nondum penitus collustratorum salute tulisse, eo quod tantum ad Christum confugerint, & propriis meritis desperare cœperint, licet infixum osculum, quippe quod omittere potuissent, non approbaverit.* *Secundò* monendum est, *moribundis effigiem Christi crucifixi, si rei necessitas exegerit, recordationis causa, proponi posse.* Respicio autem ad mutos & surdos, ut, istius adspectu permoti, vel gestibus tantum, vel verbis insimul, fidei in Christum directæ professionem edere instituant, atque circumadstantes edoceant, se in agone mortis constitutos mysterium redemptionis à Christo in cruce peractæ vera fide amplecti. Non male existimant Theologi gravissimi, in Dissertatione

ione Theologica, proponente *Quæstionem*: *An muti & surdi ad S. Canam sint admittendi?* *Vitemb. A. M DCCXCII. à B. D. Casp. Laschero* conscripta, §. 24-26. adducti, surdis & mutis picturam passionis & mortis Christi monstrari posse, ut certis quibusdam signis fidei suæ documenta proferant, & saluberrimo hoc salutis medio digne uti possint. Nec negare hic volo, me, cum *Chemnicii* olim *Diaconum Jacobum* agerem, pari methodo usum fuisse, cum duo fratres & juvenes, arti lanificæ consecrati, qui à nativitate sermonis usu carebant, & quorum alter surdaster infimul erat, ardentissimo sacræ cœnæ desiderio flagrarent. Etenim in sacello privatim cum illis agebam, ac, precibus ad Deum *καρδιουργώσῃ* directis & præmissis, non solum sermonem de veræ pœnitentiæ partibus erecta & concitata voce habebam, eosque monebam, ut membra pie componerent, atque gestus agentes declararent, se verba mea probe intelligere, sed etiam imaginem crucifixi eisdem proponebam, atque necessaria doctrinæ de mysterio redemptionis & Sacramento Eucharistiæ insillabam capita, præcipiens serid, ut, oculis ad cœlum directis, & manibus elevatis, palam facerent, se de veritate mortis & amoris Christi nequicquam ambigere. Altero die post, cum ad sacram mensam accederent, vocem fortiter cum Collega attollebam, ut ea percipere possent, quæ ipsis scitu ac creditu erant necessaria. Quidni ergo illis ægrotis, quibus linguæ & aurium usus est denegatus, imago crucifixi ostendi queat, ut hoc pacto Christi Salvatoris doctrinæ usurpatione & renovatione se consolentur, eaque ad extremum vitæ terminum duret ac perennet? Nullam ergo culpam contraxit *Praesul* ille *Brunovicensis*, dum moribundam feminam surdam ad imaginem crucifixi respicere iussit, ut ipsius fidem eliceret. Hinc nec illi peccant, qui, absente verbi ministro, in casu necessitatis, idem facere moliuntur. Svasor tamen infimul essem, ut preces pie haud omitterentur, & hymni sacri canerentur, his enim multum moribundos juvari posse, mihi est persuasissimum. Referri huc debet *Melchior Bergmannus*, ob religionem Lutherano-Evangelicam in exilium missus, & *Bohemia* expulsus, de quo ipsius filius, *Wenceslaus Bergmannus*, l. c. p. 415. sequentia refert: *Damit er sich* (wie er den Tag vor seinem Ende gesagt) *in seinen Schmerzen der grossen Schmerzen Christi am Creutz erinnern. Dats/ hat er ihm ein gemahltes Crucifix dem Bette gegen über*

über an die Wand befften / und darbey Martini Bohemi schönes
 Passion-Lied : O Jesu Christ / meins Lebens-Licht ic. vorsin-
 gen lassen. Necessarium autem vel maxime erit, ut cautè & cogi-
 tate rem suam tractent Lutherano-Evangelici, hinc nec mori-
 bundo crucem depictam obtrudant, nec iis in locis, in quibus
 Romanenses degunt, eandem proponant. Nam si invito mon-
 straretur imago crucifixi, ille facile indignabundus eandem reji-
 ceret, ac Pontificii in eam devenire possent sententiam, quod cum
 ipsis eandem amplecterentur sententiam, ac crucem cultus causa
 adhiberent. Ne ergo infirmi offendantur, sed omnis species hypo-
 criseus evitetur, abstinendum magis eà est, quàm utendum. Ast,
 si cum illis morari deberent, qui omnem imaginum usum proscri-
 bunt, tunc existimarem, quod libertatis suæ rationem habentes
 commode possent adhibere, atque sic notum facere, se tantum re-
 cordationis causa imaginem crucifixi adspicere, aliisque offerre.

§. 6. His ergo in medium allatis, facile unusquisque animad-
 vertit, non absolute imaginis Salvatoris usum exigi, ac si moribun-
 dus æterna salute excideret, si non eidem simulacrum monstrare-
 tur, sed illud adminiculi instar nonnunquam utilitate sua haud
 esse destitutum, nec propterea rejici debere, cum, in defectu ipsius
 verbi divini, vel organorum, quibus verbum percipitur, imago
 usum aliquem in informando habere queat, quia ea quodammodo
 repræsentat, quæ in Historia sacra clarius proponuntur, prout B. D.
 Frid. Balduinus, in *Dispuc. ordinaria, de Imaginibus*, A. M DC XXI.
 Viteemb. proposita, §. LII. loquitur, ad testimoniam insimul Mar-
 tini Buceri §. LIII. provocans, quod in *Enarrat. in Cap. I. Epist. ad*
Roman. hisce verbis conceptum legitur : *Imagines salutariter adma-
 nent suo modo ad institutionem sanctam, licet non tam efficaciter quam*
verbum. Hoc enim efficaciz divinæ promissionem habet, 1. Cor. 1.
 24. quam omnes imagines sibi promittere nequeunt. Ast memo-
 rialem & historicum usum eisdem statim denegare haud licet.
 Imo ipse Balduinus in *Cas. Confe. Lib. II. c. XII. cas. XII. p. 457.* tradit,
 nonnunquam extraordinarie per picturas ad veram Dei cognitionem homines,
 surdos scilicet & mutos, perduci posse, ac Spiritum S. fidem in illis accendere.
Esse facile largimur, quod tales muti & surdi ex auditu verbi divini fidem non
habent; existimamus tamen eos per picturas etiam, nutus & gestus ita in fide
informari posse, ut talem de Christo cognitionem hauriant, quæ salutem cordis in
ipsis generet, & ad salutem sufficiat. Et hic suum præclarum habent usum picturae.

*Imagines historiarum Biblicarum Possunt muti & surdi ex pictis
 historis de Christi nativitate, passione, morte &c. addiscere rem ipsam; discretus
 informator tales addere potest gestus, ex quibus illi usum etiam illarum historia-
 rum intelligant. Prætermitto Damasceni, Hieronymi, aliorumque Ecclesiæ
 Doctorum, testimonia, à Balduino p. 458. adducta. Verum dum seculo digressu-
 ris imago crucifixi nonnunquam monstrari & proponi solet, quæritur hic, num
 annuquaque in domo sua simulacrum crucifixi collocare debeat? Breviter ut
 meam sententiam aperiam, eos laudandos esse arbitror, qui, vera in Salvatore
 pietate & amore inducti, ædificia sua picturis, Christi mortem æerbissimam
 exhibentibus, ornant, easdemque crebro intuentes memoria nunquam excidere
 patiuntur, aut absolutæ necessitatis illas esse, haud facile dixerim. Fuit olim signa-
 turæ crucis in usu historico, memoriali, discretivo, simili fere intentione instituta,
 qua Rubenita, Gadita, & hemi Manassita trans Jordanem aliæ extruxerunt.
 Jos. 22. 28. ceu B. D. Joh. Conradus Danhawerius in Collegio Decalogenico p. 62. scite
 loquitur. Quidni domus nostræ imagine crucifixi conspicuæ esse possent, ut res
 Servatoris gestæ eò melius memoriæ infingerentur, repeterentur, prædicarentur, atque
 veri Christi cultores ab aliis, qui ipsi honorem debitum detrahunt, discernentur, &
 agnoscerentur? Laudi ducitur piis Sanctorum cultoribus, quod eorum facta
 picturis expriment, oculisque usurpent. Spectat huc Jo. Melchior Jacobi, Civis &
 negotiator Lipsiensis haudim. cavæ; A. MDCCXIX. denatus, in cuius sermone
 funebri, à disertissimo Oratore, L. Frid. Guilielmo Schütz, io, in Genes. XLIX. v. 18.
 perorante conscripto f. 3. hæc notatu digna extant: Dieser werthe Mann / welcher
 Jacobs Namen geführt / suchte nicht nur in seinem Leben dardinnen ein sonderbares
 Vergnügen / wenn er an die Geschichte des grossen Patriarchen / die er nach des
 wegen in einem gewissen Zimmer seines Hauses durch allerhand erbauliche
 Gemählde sich abbilden lassen / fleißig gedencken konte; sondern er war auch
 eifrigt bemühet / dem von dem Geiste Gottes selbst in der Schrifft Ihm vorgelegten
 Tugendbilde Jacobs sich möglichst gleich zu stellen. Nonne, quæso, majori laudis
 præconio essent illi mactandi, qui Christum, unicum illum generis humani Redemp-
 torem, in ædibus, quas incolunt, in deliciis habent, atque ita depingunt, cordibus-
 que insigunt, ut nunquam, adeoque nec in ultimo vitæ articulo, ejusdem obliviscantur?
 Haud displicent Hieronymi monita, quæ T. II. X. Opp. f. 115. leguntur:
 Venit Christus, & correxit genus humanum, quod ante fuerat depravatum, ut in
 æternum non moveatur. Crux enim ipsius columna est generis humani. In ipsa
 columna adificata est domus ejus. Ego crucem dico, non lignum, sed passionem,
 Felix, qui crucem & resurrectionem, & locum nativitatis Christi, & locum ascen-
 sionis, portat in pectore suo. Felix est, qui Bethleem habet in corde suo, in cuius
 corde Christus quotidie nascitur. Denique quid dicitur Bethleem? Domus panis.
 Simus & nos Domus panis ejus, qui de caelo ascendit. Quotidie nobis Christus cruci-
 figitur. Nos mundo crucifigimur, & Christus in nobis crucifigitur. Felix est, in cuius
 corde quotidie Christus resurgit, si quotidie pro peccatis suis etiam levibus agit peni-
 tentiam. Felix est, qui de monte olivæ ascendit ad regna caelorum, ubi sunt oliva
 Domini uberes, ubi lumen Christi nascitur, ubi sunt oliva Domini. Ego enim quæsi
 oliva ubera in domo Domini. Accendamus ergo & nos lucernam nostram
 de ista oliva, & statim cum Christo ibimus ad regna caelorum.*

AB: 153151

ULB Halle

3


002 635 879




TR-30C

H. 73.







15
GEORGI HEINRICI GOETZI, D.
Superint. Lubec.

QVÆSTIONEM THEOLOGICAM,

Num Moribundis imago Salvatoris
crucifixi monstrari queat?

Vel:

Ob einem Sterbenden ein
Crucifix könne gezeigt
werden?

In Colloquio Theologico

d. VI. Maji A. M DCC XXI.

expendet

PETRUS PORSCH;
Lehesta-Francus.

LUBECÆ,
OPERIS STRUCKIANIS.